IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477

Seite 108r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



108

et superfluitate bonorum huius seculi ut dent alijs exemplum
superbiendi / et deposito omni timore transierunt a via recta
in affectu cordis ut impleverint quidquid cor eorum desidera-
bat / eunte post concupiscentias suas
Et hoc non qui ex impulso fecerunt sed cum attentione / quod
Cogitaverunt intellectum suum et industriam applicando
ad malitiam et locuti sunt nequitiam proponentes suis satelli-
tibus eam exequi ad iustorum afflictionem sicut patet in tra-
mis / iniquitatem in excelso locuti sunt / blasphemias dicendo
de deo
Iniquitatem in excelso locuti sunt quia posuerunt in celum
os suum superba loquentes contra deum altissimum / quem blasphema-
bant dicentes / deum vel negare mala / que dixerit in tempore
vindicare / vel malorum minorum non esse ultorem et lingua eorum
transiuit mensuram huiusmodi in loquendo / quia cum ipsi
sint imbecilles / temere immortales estimant dignitates
Quibus attentis inquit propheta Et deo conversetur plus meus
cum infirmus sit / ad consideracionem veritatis contemplando
prosperitatem malorum iuxta adversitates iustorum et hoc per
dies plenos vigiliis et meditacionibus
Qui videntes malorum prosperitates obierunt querentes
et admirantes / quomodo fit deus ista et permittit talia vel ad
hoc se extendit prudencia dei excelsi
Inquit unde videatur sibi quod deus videatur nescire ista miseriora
Ecce in manifesto est impetores et habundantes in malis
huius seculi obtinuerunt diuicias / quod valde iniustum
videtur unde si deus ista miseriora sciret a curaret / non
sustineret ista
Attento quod peccatores floserent et habundant diuicijs
Dixi in persona dubitantis ego excusatus in iustitia
exclusus a bonis poditus temporalibus quibus peccatores
habundant / ego frustra iustificaui cor meum cauendo a
peccatis frustra mundaui opera mea inter innocentes ut esset
de numero eorum